



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**SELECTA=||RVM DECLAMATIONVM || Philippi Melanthonis,  
quas con=||scripsit, & partim ipse in schola  
Vui=||tebergensi recitavit, partim alijs recitandas  
exhibuit.|| TOMVS ... ||**

**Melanchthon, Philipp**

**1559**

**VD16 M 3567**

De corrigendis adolescentiæ studijs. Item quibus auspicijs Latina  
disce[n]da sint, et Græca tenta[n]da.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-34734**

## EXIMIA PIETATE AC DO-

ctrina uiro, Domino Othoni Beckman, iuris=  
consulto, Canonico Vuittenbergensi,

Philippus Melanthon.

S. D.



Non parum refert ad uita tu <sup>Literæ,</sup>  
ende rationes, quo genere li  
terarū rudis ætas initio for  
metur, cum ob alia multa,  
tum hoc maximè, quod nihil  
efficacius est ad mutanda in  
genia, moresq; hominum, li=  
teris: Nam ferè semper talis est unusquisq; qua=  
lem studia faciunt. Nec mihi bonæ literæ, nisi que  
mentis bonæ sunt, uidetur. Itaq; prestat optimis  
iuuentutem erudiri, mores enim optimos optime  
literæ cõserunt. At uideas hodie passim in Germa  
nia tale quoddam genus iuueniliū studiorum tra=  
ctari, quod nõ modo sit ad omnè reliquam uitã in  
utile, sed omnino etiã perniciosum. Etenim deser=  
ta pædæa, quibus nescio, nugis ingenia, ceterum  
fælicia occupantur, ac franguntur, philosophiam <sup>Philosophia  
nugatrix,</sup>  
ipsi uocant. Non hoc dico, quo à Philosophia stu  
diosos auocem, sed hunc Philosophandi ordinem  
ac ductum nõ probo. Nec enim angustis adeo fini=  
bus circūscripta est Philosophia, ut philosophari

i v nihil

nihil aliud sit, quàm nugari. Maxima eius res contempta iacet, ea uidelicet, quæ sola humani nominis maioribus nostris digna uisa est. An lescens quispiam ad Xenocratem adductus, percipiendæ Philosophiæ gratia, cum nondum quibquam Cyclicorum attigisset, sapientiæ sacris prohibitus est. Sic enim ait Xenocrates:

Ὅντι παρ' ἐμὲ πόντος οὐ κωφὸς ἄσεται.

O nos felices, si recta studia Deum fauore resuscantur, quæ iam ferè caput exerere in Saxonia cœperunt. Proinde iuuentutem nostram sermo nuper habito inhortatus sum, ut ad bonas literarum animis adspiret. Atq; hoc unum egi paucis intelligat quænam sit Barbaricorum, quæ honorum studiorum ratio. Neq; dubito, cui satis utrumque genus cognitum est, conaturum totis uiribus, ut ea parte præstet, quæ & optima est, & ab optimis sola probatur. Quæ enim uesania fuerit, immenso labore, cura, nugæ emere? Orationem tuo nomini Oratio doctissime dedico δὲ σὺν ὀλίγῃ κτὲ φιλῶστε. Debemus enim tibi, quicumq; literas profitemur, quæ adeo ego multis sanè nominibus, quem pluribus quotidie soles officijs cumulare. Hoc igitur munus qualecūq; est, si de animo æstimes meo, amplissimum ac pulcherrimum accepisti. Vale Vindoburgæ Mense Octob. Anno M. D. XVIII.

(Neq;



**N**AE ego plane uidear impudēs, atq; mei prorsum oblitus, in hoc cœtus Magnifice. Dn. Rect. Eximij Principes Academiæ, dicturus, quæ cum aliâs & ingeniũ, & umbratile studiorum genus ab huiusmodi theatris, & hac plausibili Oratorum quasi curia auocet, abstertere modo cum primis rei, quam acturus sum, difficultas potuit, ni me cum pietas in rectâ studia, tum officij mei rationes inhortentur, quo bonas literas ac renescentes Musas, quàm quod maximè cõmendatas nobis uniuersis uelim. Illarum enim causam suscepi tutandam, aduersus eos, qui uulgò sibi in scholis doctorum titulos ac præmia, Barbari barbaris artibus, hoc est, ui & fraude arrogarunt, & hactenus serè malitiosis ingenijs homines retinent. Germanicam iuuentutè paulò superioribus annis alicubi conatâ in hoc foelix certamen literarum descendere, iam nunc quoq; non pauci, uelut è medio cursu, commento plusquam Thracio reuocant: Difficilius esse studium literarum renescentium, quàm utilius: Græca à quibusdam malè friatis ingenijs arripi, ac ad ostentationem parari: Dubiæ fidei Hebræa esse: Interim à genuino literas cultu perire. Philosophiam disertum irè, & id genus reliquis conuicijs.

Barbaries literarum,

CUM

Cum isto grege indoctorum congressuro, quis  
intelligat, uel Herculi non uno Theseo opus esse  
Adeo suscepto negotio non parum aequo dicar  
daciior. Ut interim sileã uix posse hanc à me pro  
uinciam administrari, citra modestiæ periculum,  
qua dispercã, si quid nunquam rerum humanarum  
prius duxi. Ardeo enim amore recti, & quum  
dia uestra uehementer iuuari adolescentes cupi  
am, fiet, ut quaedam liberius quàm isti uolent, di  
cam. At quãdo me huc siue ratio (ita enim uider  
mihî) siue casus aliquis impulit, uolo hanc meã,  
Clarissimi uiri, causam habere uos commuam,  
quorum industria, consilijs, operãq; sit, ut passim  
à situ & squalore adserantur literæ, natiuumq;  
nitorem ubiq; recepturæ sperentur.

Ratio uera  
Audiorum,

Placuit igitur paucis commonere iuuentatem  
illustris Academiae nostræ, ut quantum ad sum  
mam præclari instituti uestri attinet, intelligat,  
quæ sit renascentium studiorum ratio, quæ illorũ  
quæ barbari maiores nostri è Scotis in Galliam,  
& Gallijs in Germaniam inuexerunt, ut ordine et  
ductu generis utriusq; cognito, ipsi iudicetis, ue  
trum maiore commodo, periculo minore, liceat  
amplecti. Atq; in hoc omnis oratio mea incum  
bet, uti spem uobis elegantis literaturæ (de Græ  
cã & Latina loquor) faciam. Scio enim in ipso  
iam

iam uestibulo plerofq; nouitate rei, si non deter-  
 reri, certè ang. Præstabat autem orationis argu-  
 mentum, et quasi filum, ab ipsis studiorum fonti-  
 bus, et omnium seculorū literatis institutis duce-  
 re: sed ea scena alterius erunt. Nā quod attinet bre-  
 uibus barbara studia cum synceris cōmittam, do-  
 cebo quibus auspicijs Latina discēda sint, et Gre-  
 ca tentanda. Interim quæso dicentem benigni au-  
 dite, id quod à uobis uel singulare meum erga uos  
 studium, uel ipsa literarum dignitas impetrabit.

Annis ab hinc opinor octingentis, orbe prope Ruina literarū  
 uniuerso à Gotthis commoto, & à Longobardis  
 deuastata Italia, simul cum Romano imperio Ro-  
 mana literæ sunt intermortuæ, quod unā belli fis-  
 sor & bibliothecas exciderat, et Musas otio, ita  
 ut sit, negato extinxerat. Scitis enim quā non  
 conueniat cum sapientiæ studijs, atque adeo ciui-  
 lium rerum cultu, Marti, quem fingit Homerus  
 noster cum Pallade acerbis odijs conflictantem,  
 μαινόμενον, ut ipse ait, τρυκτόν κακόν, quo fere  
 tempore Gregorius, quem isti Magnum ego præ Gregorius]  
 sultorem καὶ δαδ' ἔχον Theologiæ percuntis  
 uoco, ceterum eximia uir pietate, Romanam Ec-  
 clesiam administravit, & infœlicissimi seculi ca-  
 sum, quoad potuit, docendo scribendoquē susti-  
 nuit. Sub id ætatis nemo, ut uidetur, nostrorum  
 homi-

hominum fuit, qui aliquid insigne scriptum alios  
 steros dederit.

Beda,

Verum haec in Scotis atq; Hibernis libe-  
 ras diuturna pax aluerat, clarebantq; hi cum alijs  
 quibusdam, tum maximè uenerabili Beda, graecè  
 & latinè haud uulgariter perito: ad haec in Philo-  
 sophia, Mathematicis: sacris sic erudito, ut cum  
 uetustis quoq; conferri pòsset: Interim frigebat  
 Italia, frigebat Gallia, Germania ut semper arma,  
 quam literis instructior erat, eaq; tum potissimè  
 in Italia seuebat: non tum enim uniuersa Chris-  
 stum profitebatur. In hunc rerum statum Carolus  
 natus, cum fines Romani imperij pacasset, ad res  
 staurandas literas animum adiecit. Nam & ipse  
 praeter multarum rerum cognitionè, plerasq; disci-  
 plinas, quae scholis debent, expeditas & com-  
 pertas habebat. Alcuinum ex Anglia in Gallias  
 duxit, quo authore Parrhisij literas profiteri ce-  
 perunt, auspicio certè lato. Nam pura adhuc ce-  
 rant, & accedebat graecarum rerum melioris  
 peritia. Ea nobis atas Hugones, Richardos, &  
 alios nō pessimos scriptores adidit. Philosophia  
 non uti nunc, ex Aristotele petebatur, sed totam

Alcuinus.

Mathemata sibi adseruerant Mathemata, quae magne cure  
 tum literati omnes habebant, id quod indicant ue-  
 teres Monachorum Diui Benedicti bibliothecae.

in quibus nemo clarus extitit, qui non opere Mathematico, sit eruditionem suam egregie testatus.

Deinde usu res acta est, incideruntq; homines Aristoteles <sup>opu</sup>  
 quidam, siue libidine ingeniorum, siue amore liti- <sup>cus.</sup>  
 um ducti, in Aristotelem, eumq; mancum, et lace-  
 run, et qui alioqui Græcis obscurus, καὶ τὸ λογικόν  
 similis uidetur, latinè sic redditum, ut etiam Sibyl-  
 le furentis coniecturas exerceret: Huc tamen in-  
 cauti homines impegerunt. Sensim neglecta meli-  
 ores disciplina, eruditione græca excidimus, om-  
 nino pro bonis non bona doceri cœpta. Hinc pro-  
 dière Thoma, Scoti, Durãdi, Seraphici, Cherubi-  
 ci, et reliqui proles numerosior Cadmea sobole.  
 Accedit insuper, quod nõ solum cõtempti ueteres  
 studio nouorum, sed omnino si qui in eã supererãt  
 atatem, ceu in Lethen ablegati perierunt, ut du-  
 bites num alia re argutiarum autores plus nocue-  
 rint, quã quod uecordes tot millia ueterum scri-  
 torum ad internicionem usq; aboleri passi sunt. Tyrannis <sup>legi</sup>  
 rarum.  
 Talibus deinde semel iuris diuini ac humani pote-  
 stas facta est, ex horum decretis iuuentus erudie-  
 batur. Proinde in scientiam Iuris ac rem Medicã  
 pariter posthac seuitum est: Oportebat enim si-  
 milem præceptoribus discipulum esse, ut aiunt  
 καὶ τὸ λογικόν καὶ τὸ κακὸν ὄν.

Hæc



Hæc ratio studiorū, annos circiter trecen-  
Anglia, in Gallijs, in Germania regnauit, ne  
quid interea dicam immodestius. Quam perni-  
sa, conijcere licet propemodum ex his quæ dicitur,  
atq; ut planè intelligatis, animum aduertite.

Audax Philoso-  
phandi ratio.

Primum de sertis ueterū disciplinis, quando ca-  
dax ista cōmentandi et philosophandi ratio inue-  
luit, simul græca contēpta, Mathematica deserta,  
sacra negligentius culta sunt. Quo malo, quæ  
uior pestis esse potuit? Certè nulla uulgarior  
quam fuit. Nā cum ad eam usq; atq; et Philoso-  
phia tota græca fuisset, et sacrorū latina literæ,  
preter Cyprianū, Hilariū, Ambrosium, Hierony-  
mum, Augustinū, nullæ insignes extarent, et  
corū usum uernaculū sacra Occidētis magna  
parte eatenus habuissent, fieri non potuit, quæ  
græcis cōtemptis, unā quidquid commodi (studij  
humanis Philosophia confert (confert autem  
gè plurimum) deinde cura sacrorum sensim  
teriret. Hic casus uerè Christianos Ecclesie ritus  
ac mores, ille studia literarum labefactauit. Sed  
quiuis forsā alterius ruina ferri potuit. Sed  
& lapsantes literas, incorrupti Ecclesie ritus,  
facile instaurare poterant, & bonis literis,  
quæ saluæ mansissent, liberum erat, ruinosos  
Ecclesie mores corrigere, animos hominum iacta-

les excitare, confirmare, & in ordinem cogere.

At uero siue fato, siue nostro uitio euenit, simul bonæ literæ non bonis, prisca pietas ceremonijs, hominum traditionibus, constitutionibus, decretis, capitulis, extrauagantibus, glossis δευτεροβιβλιον mutata est. Neque retulit quod Nicena Synodo Patres tam prudenter cauerunt τὰ ἀρχαῖα ἐπιτηδεύειν. Audacius hæc uidear alicui, quàm ex usu uel studiorum meorum: Verùm, ut sic dicam, res uestre, ingenui iuuenes, postulant. Nam ut quidam segnus cum bonis artibus in gratiam redeant, nimirum in causa est, quod nondum quisquam eos liberè admonuit. Iam igitur cognoscite, quænam sit illa barbarorum commentandi ratio, quæ è quibus manarit fontibus, audistis.

Artium genera omnino tria sunt, λογικόν, φυσικόν, τεχνικόν. Logicum uim omnem ac discrimina sermonis tractat, & cum per ipsum in illa superiora sit iter, primùm formandæ pueritiæ rudimentum est, litteras docet, proprietatem sermonis aut regulis adstringit, aut collatis autorum figuris, indicat quid obserues, id quod ferè Grammatica præstat. Deinde cum paulo progressus fueris, iudicium animis comparat, quo metarum, ortus, fines, ductum, sic agnoscas, ut sicubi quid inciderit exacte tractandum, omnia quæ  
 b ad insti-

Artium genera  
 tria.

Grammatica.

Dialectica &  
Rhetorica.

ad institutum pertinent, quasi in numeris  
beas, & artis adminiculis ita sensus audire  
capias, ut dissentire temerè non queant: haec  
illius sunt, quam uos Dialecticam, alij Rhetori-  
cam uocant: Nominibus enim uariant auctores,  
quum ars eadem sit.

Bullati Magi-  
stri.

Atq; hic docendi ordo quondam fuit, quum  
gerent adhuc literæ, donec in bullatos quosdam  
Magistros incidimus, qui scitis qua mole  
mentariorum Grammatica primùm oppressa  
Sed quando ea reuixerunt, de Dialecticis  
mus, quæ adhuc ex Tartaretis, Bricot, Perpetuo  
re, Eckijs, Copulatis bursæ montis, Exercitijs  
taurinis & caninis, & alijs huius farinae per-  
mum. Licet hac parte mihi liberius agere, nam  
iisdem ego annos iam sex perpetuos pene  
tus sum. Et quum rem probe meditatam habeam,  
non erit difficile mihi suis eam coloribus pingere,  
ac declarare, non esse *διωλεκτική*, quæ ipsi  
in scitiæ Magistri profitentur.

Dialectica,

Primùm Dialectica, ut dixi, methodus quæ  
est omnium quæstionum compendiaria *διωλεκτική*  
*ἢ τε καὶ διωλεκτική*: qua constat ordo & tracta-  
cium cuiusque rei tractandæ, ut in quoque uideamus,  
quid, quantum, quale, quur, quomodo: si  
plex sit, si complexum, uerumne an falsum. Sit  
plicium

plicium discrimina, notionesq; isti per loca senta  
 situ cogunt, noctemq; profundam. Complexorum  
 doctrina, quas tenebras non offuderunt argu-  
 tibus? Quales sunt: Genus est species: Nullus & ne-  
 mo mordet se in sacco: Parisijs et Romae uenditur  
 piper. Arcent foro suo que non assequuntur. Li-  
 brū *κατηγοριῶν* aiunt Dialecticæ tabulis nō cen-  
 seri, quum inde omne artificium inueniendi, ceu ē  
 fonte fluat, & *κατηγορίαι* non sint nisi μέθοδος *κατηγοριῶν*  
 quaedam simplicium. Et hīc arguantur: Num sin-  
 gula generageneralis. realiter (ut uocant) discre-  
 pent, atq; de eo nondum inter Scotistas ipsos con-  
 uenit, multo minus cum factionis diuerse nomini-  
 bus. Analytica posteriora, cum sint disponendi se-  
 ries, ac ut Simplicius Peripateticus ait, canon ac-  
 ammissis artificiose disputationis inter Metaphy-  
 sica nostri retulerūt: Nempe quo rē per se nō ad-  
 modum difficilem, ac mirē utilē studijs honestē tra-  
 ctandis, et difficilē et inutilem redderēt. Hōccine  
 est illud docere quod iactant? Hōccine sunt sine  
 quibus pensum arti cuiq; suum reddi nequit? Hōc-  
 cine sunt, quæ tā splendidis Philosophiæ titulis au-  
 tionantur? At quāto minoris didicissent rectē sa-  
 pere, quā de sapere. Sed cohibeo animum, ne quē  
 uel bonorū nimia libertas offendat. Vos a me ado-  
 lescentes hoc unum agi putetis, utilius quā quod  
 & ij olia

Analytica  
posteriora

olim tractabant, studium uideri renascentium de-  
rarum. Equidem aliquot noui recti iudicij uide-  
re, quibus cum sepe rem eandem contuli, propria  
nostrae sententiae, omnibus calculis adstipulante.

Amicus mihi quispiam est non uulgaris, sub  
quo primum puer preceptore in Sueuis Tubin-  
ge, Dialecticis merui annum unum aut alterum,  
hactenus ut fratre semper familiaris. usus, Francis-  
scus Stadianus, eruditione ac uita genere rati-  
o à bonis ac doctis omnibus certatim diligenter  
tutur: Is Analytica posteriora Sueuice inueniens  
anno superiore praelecturus, à nobis Themisij  
bellos, quos latine reddidit Hermolaus, accepit.  
Addidi quaedam è Philopono transcripta, neque  
nim graeca omnia satis mihi probantur. Admodum  
insuper illic ab Aristotele Rhetorica doceri do-  
git, relegitque, et quo est iudicio, protinus ad se  
pū aduertit animū, ibi re penitus cognita, et pro  
felicitate ingenij sui aucta illustrataque, tot nota-  
bilibus, acceptionibus, distinctionibus exauctora-  
tis, causam integram, ueluti recuperatorio iudi-  
cio restituit, scholae simpliciter ac cādidè summam  
rei τὸ ἄλφα καὶ τὸ ὠμέγα traditurus. Ad haec me-  
lè precatus nugis, obnixè à me contendit, Aristote-  
teli purgando socias manus adijcerem: Conatur  
omnia sese pro uiribus, uti artium elementa uisita-  
ta

Franciscus  
Stadianus.

sa barbarorū liberarētur. Primi nominis studia,  
 sordibus recipi nō posse, nisi purgatis adolescen-  
 ter dimētis. Id ferē quēq; in sūmis posse, quod in  
 infimis assueuerit. In summa, omnia sibi de gran-  
 dioribus polliceri, si exercende iuuentæ ratio me-  
 lior iniretur. Placuit amici cōsiliū, et negociū  
 uelā literariū suscepimus, Dī reliqua secundēt.

Nunc quaeso uos quanti facitis huius uiri iudi-  
 cium, cum in alijs disciplinis οὐ παρέρως, tum in  
 hoc genere summa cum laude annos opinor decem  
 uersati. Hoc egero uobiscum teste, atq; eo sane iu-  
 rato, non esse in his uulgatis stromatis, quod pro-  
 beri cuiquam præter personatos quosdam profes-  
 sores, γαλλοῦς μάλλον ἢ φιλοσόφους, queat. Ira-  
 tus habeam Musas, ni hæc ita damnem, ut pro eis  
 meliora scelerioraq; uos amplecti uelim. Alioqui  
 liberum per me cuiq; fuerit, quorsum uel usus uo-  
 cat, uel ingenium trahit sequi. Sat scio nullum fu-  
 isse seculum, neq; Græcorū neq; Latinorum, quod  
 non sit egregiè nugatum philosophando, ueteres  
 aliquanto quam noui scelerius. Quare afferas ad  
 ea studia, oportet, animum acrem et curam, deinde  
 Magistrum adhibeas boni iudicij, qui seligat que  
 nā et quatenus discenda sint. Dolet enim sanis esse  
 qui persuaserūt sibi, nisi hæc nugalia didicerimus,  
 non fore ex usu, quidquid studiorum affectemus.

k ij Modestus

Nugacitas  
 Philosophandi

Socratis modesta.

Modestus uir Socrates erat, qui cū opinione scientia uulgo coleretur, dicebat, hoc unum se scire, quod nihil sciret: illi cōtra hoc unū nesciūt, quod nihil sciunt. Atq; utinā scēliciter eos aliquādo μῆς ὁ λόγιος uirga sua demulceat ut expergiat, ut desipere se agnoscant. Vt eus garcer lōgius, ipse me rei indignitas perpulit. Volo enim fidē studiis factā, aliud quoddā literarū genus uilius esse, quā sit quod Copulata iactāt, atq; hęc in Rhetoricis nostris lōgius. Quin uideamus, et hoc finis ne sit, hac enim se cōmendatione diuendunt: quā uerō angustis adeo finibus contenti uirtus esse beat, ut quod cuiq; procliue sit aggredi, contenti idē honestum sit. Quantum etatis homini datur est, nedum adolescentiam, insumunt, ut Euripides omnes, sic enim Nazianzenus uocat, Aristoteles exhaustiāt, id quod nescio an unquā alicui contigerit. Subinde enim quod exhauritur influit, sicut uis id quidē quā quod de Danaidū dolijs struunt. Adde quod cū se ueri scientiā meditari gloriatur, plurimum opera fallacijs neclēdis q; dolēte gurgaz nauāt, ut festiuitate ludat. Socrates cum ait πρόσωποιδονται μὴ τῶν ἀλίδεαυ ζητεῖν, ἐπιδοῦν ἐν ἀρχῇ τῶν ἐπαγγελμάτων, ψευδῆ λέγειν καὶ δόξω. Deinde ex tot factionū diuersis opinionibus, uix unā aut alterā, quę sibi cōstet, reperit.

Ἐπιδοῦν.  
Aristotelici.

solēt enim ut ex ueteribus Theologis quidā primi  
 nominis dixit, in omni humano dogmate falsis  
 uera ueris falsa misceri, ἢ τὸ ἀλλοθὲς ποικίλοισιν ἑὸν  
 διοισὶν ἐγκρίπτειν, ut Dionysij uerbis utar. Ibi  
 nerō quanto agas neggocio, quibus auditorem per  
 fugijs trahas, dum sententiae Doctores inter se  
 conueniant, nimirum ut candida nigris: at nil re-  
 fert, cadat, an recto stet fabula talo, modo clama-  
 tum sit fortiter. Quanto satius erat hic uel τὸ ἐ-  
 τὸς ἔχοντα nouae Academia amplecti. Vereor ne mo-  
 lestum sit uobis audire tam inconditas nugae, alio  
 quin exemplis haec comprobarem non paucis. In-  
 terim partium studijs disceditur, aluntur odia, fri-  
 get humanitas, et cum a literis nihil abesse debeat  
 longus rancore, nam communia erant Musis &  
 Gratijs quondam sacra, horum studia, quaecunq;  
 sunt, uel sola nutrit inuidia. Sic imbuti, quum ad  
 sublimia, Theologiam, iuris scientiam, aut rem  
 medicam, effectis tam annis pedem mouent, quid  
 aliud defectis ingenij uiribus, quam quod in ludo  
 consueuerunt, agant? Nugantur ergo bis pueri se-  
 nes, quanquam si cui paulo foelicior est genius lu-  
 sisse pudet, sed non incidere ludum.

Inuidia nutrit  
 uana studia.

Porro uobis adolescentibus uestram gratulor  
 felicitatem, quibus benignitate optimi ac sapi-  
 entissimi Principis nostri Friderici, Ducis Saxo-  
 niae



Gratulatio de  
studiorum cor-  
rectione.

niæ, Electoris, contigit longè saluberrimis erudi-  
ri: fontes ipsos artium ex optimis autoribus ha-  
ritis. Hic natiuum ac syncerum Aristotelem, hic  
Quintilianum Rhetorem, hic Plinium tantum  
non ditissimum pedæ, ac ueluti quoddam copia  
cornu, ille argutis sed arte temperatas docet. Ac-  
cedunt sine quibus nemo potest eruditus censeri,  
Mathematica, item Poëmata, Oratores, professio-  
ribus non proletarijs. Hæc si cognoueritis quo  
ordine tractanda sint, certo scio, & facilia, & di-  
mirandi profectus uidebuntur. Puerilia studia,  
quæ appellant προγυμνάσματα, Grammatica,  
Dialectica, Rhetorica, eatenus discenda sunt, quæ  
ad dicendum ac iudicandum instructus, fastigijs  
studiorum non temere affectus.

Græcæ & La-  
tinæ literæ cõ-  
iungendæ.

Iungendæ Græcæ literæ Latinis, ut Philoso-  
phos, Theologos, Historicos, Oratores, Poëtas la-  
cturus, quaqua te uertas, rem ipsam adsequere, nõ  
umbram rerum, uelut Ixion cum Iunone congressi-  
surus, in nubem incidit. Hoc quasi uiatico compa-  
rato, per compendia καὶ ἐν πετῶς, ut Plato ait,  
Philosophiam accede. Nã in ea sum planè senten-  
tia, ut qui uelit insigne aliquid, uel in sacris, uel in  
ro conari, parum effecturum, ni animum antea hu-  
manis disciplinis (sic enim Philosophiam uoco)  
prudenter, et quantum satis est, exercuerit. Nolo  
autem

ut philosophando quenquā nugari, ita enim sit, <sup>Philosophandā</sup>  
 ut cōmunis etiā sensus tandem obliuiscare. Sed ex <sup>uera ratio.</sup>  
 optimis optima selige, eaq; cū ad scientiā naturæ,  
 tum ad mores formādos attinentia. In primis hic  
 eruditione græca opus est, quæ naturæ scientiam  
 niuersam complectitur, ut de moribus appositè  
 ac copiose dicere queas. Plurimum ualent Aristo-  
 telis Moralia, Leges Platonis, Poëtæ, atq; ij sa-  
 ne, qui et optimi sunt, et in hoc legi possunt, ut a-  
 nimos erudiant. Homerus Græcis fons omnium di-  
 sciplinarum: Vergilius ac Horatius, Latinis.

Necessaria est omninò ad hanc rem historia, cui <sup>Historia.</sup>  
 si ausim, me hercle non inuitus uni cōtulero, qui il-  
 lud emeretur laudum uniuersus artium orbis.

Hæc quid sit pulchrum, quid turpe, quid uti-  
 le, quid non,

Plenius ac melius Chrysippo & Crantore  
 dicit.

Hæc nulla uitæ pars, neq; publica, neq; priuata  
 uicere potest. Huic administratio rerum urbana  
 rû domesticarumq; debet. Ac nescio an minore in-  
 commodo mundus hic noster sole, animo uidelicet  
 suo, cariturus sit, quàm historia ciuiliū negocio  
 rum ratio. Consensu maiorum nostrorum celebra-  
 tu est, Musas ex memoria natas esse, eo, ni fallor  
 significatum, ex historia omne artium genus ma-  
 nare.

Philosophiæ  
 nomine quid  
 complectatur.

nare. Complector ergo philosophiæ nomine  
 tiâ nature, morum rationes, et exempla. Quis  
 qui recte imbutus fuerit, ille uiam sibi ad sum-  
 munijt. Causas acturus, habebit unde diuitem ro-  
 rum, ac amplam orationem condat: Ciuicatem ad-  
 ministraturus, unde æqui, boni, iusti, formulas pe-  
 tat. Nimirum hæc philosophiæ commoda Demo-  
 stheni clarissimo Oratori uisa sunt, quæ tam cu-  
 curatè eam adolescenti cuidam commendat.  
 v. m. Re. de. Reliqua ipsi in Erotico legite. M. Cui  
 ro nusquam non dedit philosophiæ primas, et  
 distis opinor, quid ille in comparatione Seru-  
 pitij, et Q. Sceuole Iuris cõsul. quendam cõp-  
 Romani cognominarunt, admirati uberem in  
 Philosophicarum rerum scientiam.

Literarum u-  
 sus in sacra  
 scriptura,

Verùm quod ad sacra attinet, plurimum resert  
 quomodo animum cõpares. Nã si quod studiorum  
 genus, sacra profecto potissimum ingenio, usum  
 eura opus habet. Est enim odor unguentorum  
 mini super humanarum disciplinarum aromate.  
 Duce sp̄ritu, comite artiũ nostrarum cultu, ad  
 tra uenire licet. Sicut ad Herculianum Synesius  
 scribit: ἐπὶ ὠμύνας εὐθυμῶς δ' ἰαβίῶνς φησὶν  
 ἄλλῃ μὲν ἐς τὸ θεῖον ποδὴ γὰρ ἔστιν ἀξίον ἔσθαι.  
 cui nõ uidetur, cogitet præter cætera et orichal-  
 cum à Tyijs in templis Solym̄ fabricam colli-

esse. Itaq; cum Theologia partim Hebraica, par-  
 tim Graeca sit, nā Latini riuos illorum bibimus,  
 linguae externae discēda sunt, ne ueluti  $\kappa\omega\phi\epsilon\lambda\pi\epsilon\gamma\omicron$   
 $\delta\omega\mu\alpha$ , cum Theologis agamus. Ibi se splendor uer-  
 borum ac proprietates aperiet, et patefcet uelut in  
 tra meridiana cubilia uerus ille, ac genuinus lite-  
 ra sensus. Proximē cum literā percepimus, seque-  
 mur elenchum rerū. Faceffent iā tot frigidae glos-  
 sae, cōcordantiā, discordantiā, et si quae sunt aliae  
 ingenij remora: Atq; cū animos ad fontes cōtule-  
 rimus, Christū sapere incipiemus, mandatum eius  
 lucidum nobis fiet, et nectare illo beato diuinae sa-  
 pientiae perfundemur. At cum in uineis Engaddi  
 cyperum legerimus, occurret spōsus soliens super  
 nōtes et trāsiliens super colles, ductos in palatia  
 Eden  $\pi\pi\pi\pi\pi\pi\pi\pi$  succo liquido fragrāte, impi-  
 os animos disfluente inunget, ac more osculi di-  
 gnabitur. Illius membris inferti uiuemus, spirabi-  
 mus, uegetabimur, Sion contemplantēs, et silen-  
 tio  $\kappa\epsilon\gamma\phi\omicron\pi\alpha\upsilon\varsigma\omega$  Salem adorantes. Hic caelestis sa-  
 pientiae fructus est. Eam igitur quā purissimē nō  
 interpolatam nostris argutijs colamus.

Id quod cum aliquoties inculcat Paulus, tum  
 in Epistola ad Titum sedulo à Christiani homi-  
 nis doctrina exigit,  $\alpha\delta\iota\alpha\phi\theta\omicron\pi\iota\alpha\pi$  integritatem,  
 hoc est, ne lubrica sit fides. Deinde  $\sigma\epsilon\mu\upsilon\omicron\tau\iota\alpha$   
 mundi

mundiciem, hoc est, ne alienis literis improbi-  
era contaminemus. Opinor quod futurum  
erat, si sacris prophana miscerentur, fore ut  
prophani affectus, odia, studia factionum, seditiones,  
iurgia, consertim succederent.

Proinde qui diuinis initiari uolet, Adā illum-  
terē exuat oportet, ut incorruptibilē. Adā indat  
hoc est, humanos affectus, ipsumq; callidi serpenti  
iugum supera uirtute frangat, excutiat, ut in glo-  
ria Domini transformetur in abyssum abyssorum.  
Hoc sanē in causa erat, cur dicere usu literarum  
destitutā ecclesiam, ueram ac Germanā pietatem  
traditionibus humanis alicubi mutasse. Postquam  
hominum cōmenta placere cœperunt, et amore  
perum nostrorum uicti, pro māna Beelphegor  
stauimus, homines non Χριστοί esse cœpimus. Hoc  
uelim ita dicere uidear, ut sentio. Sentio autem  
minimo aliud nihil, quā quod Euangelica uerita-  
ti Ecclesie decretis probatur, eritq; mihi, quod  
Hebræi dicunt: **דברים אלה הם**

Itā ne obscure intelligitis, quantū sit in reuol-  
tibus studijs momenti, quantum ad excolendas ho-  
minis mentes cōducant? Quem nō miserescat super-  
oris ætatis, que tā clara luce studiorum deserta,  
in orci tenebras, et nescio quas fœces literarum in-  
cidit? Quem non tangat ingens nostri seculi cal-  
mitas,

mitas, quod & uetustis autoribus nostratum in curia orbatum est, deinde quod hi quoque lucri fecissent ex bonis, ni periissent illi desiderati. Superest igitur, iuuenes, ut audiatis, quanquam ita se res habeat, & difficilia sunt, quæ pulchra sunt, tamen ita uincet industria difficultatem, ut longe minore impendio bona, quàm mala uos sperem assecuturos.

Facilitas discendi  
di literas.

Deligunt uobis præceptores uestri, quæ ex usu est scire, friuola secernunt, atque hi Latina quidem, simulcum latinis Græca disci, et debent, et facile possunt. Modo succisuias aliquot horas Græcis date, ego saxo studio ac labore meo, ne opera uos uestra frustretur. Statim enim ab initio difficultatem rei Grammaticæ optimorum autorum lectio ne temperabo, ut quod illic regula, hic exempla doceat. Accedit obiter in autoribus interim quod ad mores, uel rerum secretarum scientiam pertinet: omnia si contuleritis, pulcherrimè absoluent orbem studiorum. Erit enim curæ mihi, ut pro re, quæ uidentur diligenter admoneam. Homerum habemus in manibus, habemus et Pauli Epistolam ad Titum. Hic spectare uobis licebit, quantum sermonis proprietatis, ad intelligenda sacrorum mysteria conseruat, quid item intersit inter interpretes Græcè doctos et indoctos: In alijs nota mala pro bonis ducantur.

ducantur, in hoc negotio diutius citra laudem ineptire non licet.

Capessite ergo sana studia, et quod à Poëta etum est, animo uoluite: Dimidiū facti qui copiam habet. Sapere audete, ueteres Latinos colite, graeca amplexamini, sine quibus Latina tractari non potest nequeunt. Ea pro omnium literarum usum primum alent mitius, ac elegantius undequaque procedunt. Paucis annis prodire in lucem, qui uobis exemplo et stimulo sint: Videor enim uideri tacitus aliquot locis reflorescere Germaniā, non quā moribus et cōmuni hominum sensu mitius, sed et quasi cicurari, quæ Barbaris olim discipulis effera, nescio quid immane solita est sperare.

Proinde locabitur operā, non modò cōmmodum, sed et ad posteros propagādo, sed omnino gratia non intermorituræ Principis omnium gratia cōsensu optimi, qui nihil adserendis bonis literis habet potius. Equidē quod ad me attinet, nihil cōnitari, ne defuisse uel pientissimi principis uoluntati uel studijs uestris optimi auditores uiderer. Atq; hoc me nomine uobis clarissimi uiri, Henrici Saxonice Principes, addico ac deuotum futurum erit adolescentiā meam bonis literis colatam, minimè malis artibus imbutam, demum fide uestrā sedulo commendatā, benignè officioque uestrā, ac conseruare. Dixi.